



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

61. An si quis habeat à suo Episcopo literas dimissorias pro Ordinibus recipiendis, possit absolvi ab irregularitate occulta ab Episcopo, qui eum ordinare debet? Et an peccet Episcopus si alienum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)



Sup. hoc in re in Ref. not. seq. leg. eorum do. et inam.

Sup. hoc late in tom. 6. tr. 1. Ref. 22. 23. 24. & in aliis eorum primarum annotati. num.

quibus etsi magna sint auctoritatis non est necessitas standum, ut expresse dicit Sanchi. respondens cuidam Decisioni Cardin. l. 8. de matr. disp. 2. num. 10. circa finem, & de stylo curiae, & decisionibus Rotæ docet similiter Valquez tom. 2. in 2. 2. D. Thom. disp. 179. cap. vlt. num. 75. ubi optime probat declarationes decisiones Rotæ non habere vim legis. Adde supradictas declarationes facile explicari, ut scilicet intelligantur non posse Episcopum dispensare cum Simoniaci inhabiti ab obtinenda beneficia, quibus priuatus fuit per sententiam: nam ante sententiam bene poterat: Et hæc explicatio fundatur in vltima declaratione Cardinalium: cum enim ibi dicat Congregatio, Episcopum posse absoluere Sacerdotem si ibi subditum à Simonia occulta, & rehabilitare ad ordines, & ad beneficia tam obventa, quam obtinenda, postea subdat, sed non ad beneficia, quibus propter simoniam priuatus fuisset, vel ad obtinenda, ne inquam huiusmodi posteriora verba prioribus aduerferentur, necessitas debet intelligi de beneficiis per sententiam priuatis. Quare ante sententiam, & in foro conscientiae bene poterit Episcopus cum sic inhabili dispensare. Sic Palaus, quæ omnia ex eius mente dicta esse volo; nam communis opinio est in contrarium, quam in praxi esse receptam testatur P. Thefaurus in praxi de penis part. 2. c. 23. §. 6. & cap. 30. q. 3.

Sup. hoc supra lege doctrinam Ref. 18. per totam, & signanter §. vltim. ante medium in vers. De irregularitate, & vide etiã doctrinã aliarum Ref. & §. eius primæ not.

4. Sed si aliquis quaerat, an Episcopus, si fuerit complex in simonia possit etiam secum dispensare; respondet ad quaesitum Machadus ubi supra, & sic ait: *Es tambien dudoso, y controuerso, entre los Doctores, si supuesto que el Obispo tenga facultad para dispensar en esta inhabilitad, pueda lo mismo, aun en caso, que el ayá sido complice en la simonia. Muy probable opinion es, que no; porque parece que por su pecado se haze indigno de dispensar. Si bien Tomas Sanchez, coligendolo de algunos textos del Derecho, juzga por mas probable, que si, y el Concilio Tridentino en el lugar citado, donde se funda esta facultad concedida à los Obispos habla indistintamente; y assi no se deve restringir.* Ita Machadus.

5. Sed circa resolutionem quaestionis propositae præter Doctores citatos, vide Baumium in Theolog. Mor. tom. 2. tractat. 8. quæst. 24. Gauantum in Man. Epis. ver. Censuras, num. 6. Suarez de Religione, tom. 1. tract. 3. lib. 4. cap. 61. num. 11. Garfiam de Benef. part. 8. cap. 1. num. 77. Comitolum lib. 6. quæst. 41. Machinum de Sacram. Ordinis, tract. 1. part. 9. cap. 3. num. 71. Alzedum in Praxi Epis. part. 2. cap. 6. n. 41. & alios penes ipsos.

RESOL. LXI.

An si quis habeat à suo Episcopo literas dimissorias pro Ordinibus recipiendis, possit absolui ab irregularitate occulta ab Episcopo, qui cum ordinare debet?

Et an peccet Episcopus, si alienum subditum in sua Diocesi confirmet?

Et quid est dicendum, quando Episcopus mittit subditum cum dimissorias ad suscipiendos ordines, & subditus non est confirmatus, an tunc possit illum confirmare? Ex part. 7. tract. 2. Resol. 37.

Sup. hoc in Ref. seq.

Causa est curiosus, & practicabilis, & ad illum affirmatiuè respondet nouissimè Ludovic. Caspensis in Cursu Theologico tom. 2. tract. 27. disputat. 3. sect. 3. num. 11. ubi sic ait. Hic inquiruntur.

Quæ nunc est in tom. 1. tr. 2. Ref. 12. & in tom. 2.

An si quis habeat literas dimissorias à suo Episcopo, ut possit ab alio ordinari, hoc ipso si ordinandus non sit confirmatus,

possit etiam ab eo Episcopo confirmari priusquam ab ipso ordinetur. Respondet, & bene, affirmatiuè; nam qui concedit finem, concedit consequenter, quæ sunt necessaria ad eum finem. Ex quo sequitur, posse similiter absolui ordinandam ab irregularitate occulta, à qua possit Episcopus absolueri, quia liberari ab irregularitate est medium ad licite recipiendos Sacros Ordines. Ita ille, cui adde Henric. lib. 14. cap. 17. num. 4. *Esque ad finem.* Angelum vers. irregularit. numer. 34. Atmillam eodem vers. num. 8. & Sylvestrum quæst. 9. num. 11. in fine. Sed hanc sententiam impugnat Sanchez de Matrim. lib. 8. disput. 2. num. 25, quia à separatis non fit iuratio. Sed potestas dispensandi & iniciandi sunt separata: ergo. Ceteras rationes videbis apud illum. Notandum est tamen hic obiter Machinum de Sacram. Ordinis, tract. 1. part. 9. cap. 5. num. 7. docere nominatum contra me, peccare Episcopum alienum subditum in sua Diocesi confirmantem: sed nostra sententia est probabilissima, & illam tenet me citato in editione nouissima, Barbosa de Posit. Epis. part. 2. Allegat. 30. num. 14. & præter Doctores à me citatos in part. 4. tract. 4. resol. 50. & Caspensem, ubi supra, nostram sententiam tenent etiam à fortiori Alzedus in Praxi Epis. part. 2. cap. 4. numer. 21. Zambranus de cas. tempore mortis 5. cap. 2. dub. 2. num. 2. & 3. Emanuel Sa. vers. Confirmatio, num. 2. & Scipio de Rubens in Aphor. Epis. vers. Confirmatio, num. 8. ubi sic ait. Si confirmante Episcopo in propria Diocesi, accurrant etiam accolas ex aliena, licitè confirmantur ob præsumptionem gratitudinis fore Episcopo ad cuius Diocesim illi pertinent. Ita ille. Quod à fortiori dicendum, quando illos mittit cum dimissorias ad suscipiendos Ordines, quia qui concedit finem, concedit necessaria ad finem talem. Ergo, &c.

RESOL. LXII.

An Episcopus, cui commissum fuit ab alieno Episcopo, vel Prælato Regulari, subditum ordinare, possit eum dispensare in irregularitate aut quouis alio impedimento? Ex part. 8. tractat. 3. Resol. 35.

Referam hic pugnantem sententiam. Negatiuam docet Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 1. num. 25, quia sublato vno impedimento non censetur alterum distinctum sublatum, cap. ex marum, de vsu, & auctoritate pallij, l. si domus ff. de seruitut. urban. At in hoc euentu duplex impedimentum concurrendum, alterum defectus subiectionis ad Ordines: alterum irregularitatis. Sublato ergo priori per iniciandi licentiam, non auferitur posterius. Secundo, quia à separatis non fit iuratio, cap. ad audientiam, de decim. l. Papinian. ff. de minoribus. At potestas dispensandi, & iniciandi separata sunt. Tertio, quia dispensatio non extenditur ad connexa, sine quibus potest consistere, (vt num. 20. diximus) At potestas iniciandi potest consistere absque potestate reddendi initiandum habilem ad Ordines: vt pote, qui intelligitur, si ille alias habilis sit, vel à legitimo superiori impetret dispensationem in ea inhabilitate. Ita Sanchez, & alij penes ipsum.

2. Sed non desunt affirmatiuam sententiam tenentes, & inter alios illam docet Auila de censur. part. 7. disp. 10. dub. 6. vers. notandum tertio, ubi sic ait. Præterea dico cum Henriquez cap. 18. n. 4. quoddam Prælatum Religionis, aut Episcopum mittit subditum, vt ordinetur, censetur concedere sujs vices Episcopo ordinanti, vt dispenset in defectu occurrenti